S enserunt toti pastoria sibila montes

dicit scilla · ad galatheam

S enserunt unde · latitans ego rupe · meique

amasii

A cidis in gremio residens procul auribus hausi

T alia dicta meis auditaque verba notavi

o tu *flexus*

C andidior folio nivei galathea ligustri

tu dico *longior* *arbore*

F loridior prato · longa procerior alno

tu dico

S plendidior vitro · tenero lascivior hedo

planior

Le vior assiduo detritis equore conchis

o tu dico

S olibus hibernis · estiva gratior umbra

tu dico

N obilior pomis platano conspectior alto

tu dico

L ucidior glacie · matura dulcior uva

tu dico *coagulato*

M ollior et cigni plumis et lacte coacto

me *tu dico*

E t si non fugias riguo formosior orto

tu dico *bene si me fugias*

S evior in domitis eadem galathea iuvencis

D urior annosa quercu · fallacior undis

flexibilior

L entior et salicis virgis et vitibus albis

tu dico *tu dico* *aque*

H is immobilior scopulis · violentior amne

tu dico

L audato pavone superbior · acrior igni

tu dico *tu dico*

A sperior tribulis · feta truculentior ursa

tu dico *tu dico* *serpente*

S urdior equoribus · calcato immitior ydro

scilicet me non fugere

E t quod precipue si possem demere vellem

tu dico *agitato*

N on tantum cervo claris latratibus acto

tu dico

V erum et ventis volucrique fugacior aura

et

A t bene si noris pigeat fugisse morasque

o tu

I psa tuas dampnes · et me retinere labores

S unt mihi pars montis vivo pendentia saxo

antris

A ntra quibus nec sol medio sentitur in estu

N ec sentitur hiems · sunt poma gravantia ramos

S unt auro similes longis in vitibus uve

rubeas *albas*

S unt et purpuree · et has servamus et illas

I psa tuis manibus silvestri nata sub umbra

colliges

M ollia fraga leges ipsa autumpnalia corna

P runaque non solum nigro liventia succo

V erum et generosa · novasque imitantia ceras

Et est sententia non tantum cervo acto claris latratibus verum etiam fugacior ventis et aura quod vellem demere precipue si possem